

ἴξωθεν τοῦτο ποιήσειεν. οὐδὲν δὲ τῶν φύσει ποιούντων τοῦ τῆς ὕλης κεχωρισμένου εἶδους ὑπερέχει τῇ ἀξίᾳ. δι' ὃ ὑπερφυοῦς τινος δεῖ ποιητικοῦ.

4 Πρὸς δὲ τὸ τρίτον, σαφέστατα δείκνυσιν ἀπασιν ὁ ἐναντίος τὴν ἔκυτοῦ ἀφυσίαν λέγων τὸν θεῖον Θωμᾶν τὴν αὐτὴν εἶναι νομίσαι τὴν ἐκ τῆς οὐσίας καὶ τοῦ εἶναι σύνθεσιν τῇ ἐξ ὕλης καὶ εἶδους. τίς γάρ πλὴν τοῦ ἐναντίου διάτοις ἔστιν ἀμαθής, ως μηδεμίαν ἐξ ὕλης καὶ εἶδους ἐν ταῖς νοηταῖς οὐσίαις κατὰ τὸν θεῖον Θωμᾶν εἶναι σύνθεσιν ἀγνοεῖν, εἶναί γε μὴν σύνθεσιν ἐν αὐτοῖς ἐκ τοῦ εἶναι καὶ τῆς οὐσίας; ἐκάτερον γάρ σαφῶς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν κατὰ Ἑλλήνων ἀποδείκνυσιν. εἰ δὲν διαρρήμην ἔκεινος τὸν μὲν τῶν τρόπων τούτων τῆς συνθέσεως παραδέχεται ἐν ἀγγέλοις, τὸν δὲ ἀπαρνεῖται, 10 ψεύδεται ὁ ἐναντίος τῷ ὅρῳ μόνον καὶ τῷ δνόματι διαφέρειν οἰόμενος τὰς διαφορὰς ταύτας. προσκείσθω δὲ καὶ δτι κατὰ τοῦτον τὸν ιερὸν διδάσκαλον οὐσία ἔστι φύσις ἐντελῆς κατὰ εἶδος, βαθμὸν τινα ὡρισμένον ἔχουσα ἐν τοῖς οὖσιν εἰδικόν. ἡ δὲ πρώτη ὕλη εἴτε πνευματική εἴτε καὶ σωματική δυνάμει ἔστι καὶ μέρος, οὐχ δλον οὔτε μὴν βαθμὸν οὐδένα ἐν τοῖς οὖσιν 15 εἶδους ὡρισμένου κέκτηται. τὸ δὲ εἶναι ἔστιν αὐτῇ ἡ ὑπαρξία, ήτις οὐκ ἔστιν εἶδος τὸ παρέχον τὸ εἰδικόν εἶναι, ἀλλ' ἐνέργεια ὑποτιθεῖσα τὸ εἰδικόν εἶναι. δι' ὃ ἐν τοῖς σωματικοῖς διπλῇ ἔστιν ἡ σύνθεσις, ἡ μὲν ἐξ ὕλης καὶ εἶδους πρὸς τὸ εἶναι τοῦ εἶδους, ἡ δὲ ἐκ τῆς τοῦ εἶδους φύσεως καὶ V 155 τοῦ ὑπαρκτικοῦ εἶναι πρὸς τὸ εἶναι δηλαδὴ τοῦ ἀτόμου. ἐν μέντοι ταῖς 20 νοηταῖς οὐσίαις μία μόνον ἔστι σύνθεσις, ἐπείπερ ἡ οὐσία αὐτῶν ἀπλῇ ἔστι πρὸς τὸ εἶναι μόνον τὸ εἰδικόν, οὐ περιλαμβάνουσα μέρη διακεκριμένα καὶ εἶναι ὑπαρκτικόν, ἐπεὶ ἡ ἀγγελική φύσις ἐν ὑπάρξει ἔστιν. τὸ γάρ τοιοῦτον εἶναι μετοχή τίς ἔστι τοῦ πρώτου κατὰ τὸν διδάσκαλον τοῦτον. διὸν οὐ νοεῖ οὕτος διὰ μὲν τῆς οὐσίας τὴν ὕλην, διὰ δὲ τοῦ εἶναι τὸ εἶδος, ως 25 ὁ ἐναντίος ὀνειρώττει, εἰ καὶ βουλόμενός τις ὁμωνύμως διαλέγεσθαι δύναιται δὲν τὴν οὐσίαν ἔκεινην ὕλην καλέσαι. οὐδὲν μέντοι τῷ ἐναντίῳ πρὸς βοήθειαν ἔσται. οὐδὲ γάρ τι ὁμωνύμως ῥητέον, ἀλλὰ τι τῶν θείων ἔκεινων οὔσιῶν ἡ οὐσία εἶη, ζητητέον. τηρητέον οὖν τὴν κοινὴν τῶν λέξεων χρῆσιν καὶ τὸ ίδιον σημαίνον, ως δὲ αὐτὸς ἄγιος ἐν τῷ περὶ τῶν Πνευματικῶν 80 Δημιουργημάτων ζητήματι διδάσκει.

Κεφ. καὶ "Οτι οὐ δικαίως ὁ ἐναντίος Πλάτωνι ἐπιτιμᾷ λέγοντι τὴν ψυχὴν ἐκ στοιχείων συγκείσθαι καὶ γραμμῆς εύθείας εἰς κύκλον καμφθείσης.

26 Τελευταῖον δὲ τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου, δτι κακῶς ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος συντίθεται ἡ ψυχὴ ἐκ στοιχείων καὶ γραμμῆς καὶ εύθείας εἰς κύκλον καμ- 85 φθείσης κάκ τοῦ αὐτεῦ κύκλου δύο προάγονται ἔτεροι, ὃν ἐκ θατέρου ἐπτὰ κύκλοι γενόμενοι τῇ ψυχῇς ἀποδίδονται φύσει. ταῦτα οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀπερ ἐκ τῶν μαθημάτων ὁ Πλάτων κατὰ τὴν αὐτοῦ μεγαλονοίαν καὶ σύνεσιν εύφυεστατα ἐπὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸν περὶ αὐτῆς μεταφέρει λόγον, τέρατα ὁ ἐναντίος καλεῖ, τερατώδης αὐτὸς δὲν τῷ δντι, δις γε οὐδὲ τοῦθ' ὅρᾳ, δσον 40 οἰκειότερον τὰ ἐκ τῶν μαθημάτων ἐφαρμόζει τοῖς θείοις καὶ νοητοῖς η

Nullum autem agens naturale praestat auctoritate ad formam separatam a materia. Itaque opus est agente supernaturali.

Ad tertium, aperit adversarius latissime suum ingenium, cum divum 4 Thomam compositionem intellexisse dicat materiae cum forma, dum esse 5 et essentiae compositionem statueret. Quis enim excepto adversario tam ignarus est, ne nullam compositionem ex forma et materia esse in substantiis separatis auctore divo Thoma intellegat, quando ille secundo contra Gentiles apertissime probat nullam in angelis compositionem esse ex materia et forma, et tamen compositionem esse ex esse et essentia? 10 Quodsi manifeste ille alteram de his compositionibus affirmat in angelis, alteram negat, mentitur adversarius, cum non differre nisi termino differentias has enuntiat. Addo, quod secundum eundem sanctum auctorem essentia est completa natura in specie, gradum habens determinatum sibi inter entia specificum. Materia vero prima sive spiritalis sive corporalis 15 puta potentia est et pars, non totum neque gradum ullum inter entia speciei determinatae sibi vindicat. Esse autem exsistentia ipsa est, quae non est forma, quae esse specificum det, sed actus, qui esse specificum presupponat. Quam ob rem in rebus corporeis duplex compositio est, altera ex materia et forma ad esse speciei, altera ex natura speciei et esse 20 exsistentiae ad esse utique individui. At in rebus intellectualibus una tantum compositio est, quoniam essentia simplex est ad esse dumtaxat specificum, non sibi includens partes distinctas et esse existere, cum natura specifica angeli exsistat. Tale enim esse participatio quaedam primi est auctore hoc quidem sancto. Quapropter non hic per essentiam materiam, per esse 25 formam intellegi voluit, ut adversarius putat, quamquam si aequivoce loqui libet, materia dici potest essentia illa. Sed hoc nihil praesidii adversario esse potest. Non enim quid aequivoce dixeris, sed quid essentia sit rerum divinarum, disserimus. Itaque servandus est terminorum usus communis et significatio propria, ut idem sanctus in quaestione de Crea- 30 turis Spiritalibus censem.

Cap. XXVI. De elementis et linea recta, e quibus Plato constituit animum.

Ultimum huius capituli est male a Platone constitui animum ex 26 elementis et linea recta in circulum flexa, ex eodemque circulo duos produci, quorum ex altero septem productos circulos naturae animae 35 tribui. Haec et reliqua, quae ex mathematica disciplina Plato pro suo excellenti ingenio aptissime ad animam transfert, portenta adversarius appellavit, homo ingenii plane portentosi, qui non videat, quam aptius rationes et verba mathematicae disciplinae accommodari rebus divinis possint

18 cf. Thom. Aq. Quaest. De Spir. Creat. art. 1. | 84 cf. Plat. Phaed. 72 b.

οὐλη καὶ ὁ λοιπὸς συρφετός, ἅπερ αὐτὸς ἔκεῖσε μεταφέρων οὐκ αἰσχύνεται. συγγένεια γάρ μείζων τοῖς μαθήμασι πρὸς τὰ νοητὰ ἢ τοῖς φυσικοῖς τε καὶ ὑλικοῖς, εἴπερ δὲ τῶν ἐξ ἀφαιρέσεως λόγος, δῆ μάλιστα τοῖς θεοῖς ἀποδιδόσιμεν, κοινὸς ἔστι τοῖς μαθήμασι καὶ τοῖς θεοῖς. εἰ οὖν τὰς δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας τῆς ψυχῆς ὁ Πλάτων ὁμοιότητί τινι εἴτε καὶ παραδείγματι δ
V 155^ο κύκλων ἢ γραμμῶν διδάσκειν φέτο δεῖν, πῶς δὲ τοῦτ' εἶη πέρας ἢ δλως ἀποπον, ἔγω γε οὐχ δρῶ. ήδη δὲ καὶ Ἐριστοτέλης αὐτὸς τῷ τῶν γραμμῶν παραδείγματι κέχρηται ἐν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ Ψυχῆς, τὸν τοῦ νοεῖν τρόπον ποτὲ μὲν εὔθείᾳ γραμμῇ, ποτὲ δὲ κεκλασμένῃ εἰκάζων. δὲ τε θεῖος Θωμᾶς τὸν Ἐριστοτέλη φησὶ μὴ τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ τὰ βήματα τοῦ Πλάτωνος 10 μέμφεσθαι, καὶ δὲ Ἱερὸς Διονύσιος δὲ Ἐρεοπαγίτης διπλῆν κίνησιν τῆς ψυχῆς θεωρίας τίθεται, τὴν μὲν κυκλικήν, τὴν δὲ εὔθεῖαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων Ικανῶς ἐν τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ εἰρήκαμεν.

Κεφ. κ^τ Ἀνασκευὴ τῶν τοῦ ἐναντίου ἐπιχειρημάτων, δι’ ὧν πειρᾶται δεικνύναι Ἐριστοτέλη δοξάσαι τὴν ψυχὴν συνάρχεσθαι μετὰ τῷ σώματι, 15 διαμένειν γε μὴν ἀΐδιον μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν.

28,1 ‘Ο δέ ἐναντίος ἔτι ἐν τῷ ἐκκαιδεκάτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ δύο ταῦτα προτίθεται ως τῷ Ἐριστοτέλει δοκοῦντα· ἐν μὲν τὸ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον ἐπὶ τὸ πέρας εἶναι, δὲ καὶ ἀνωτέρῳ ἀποδεῖξαι ἐπεχείρησεν, ἔτερον δὲ τὴν ψυχὴν ἀρέασθαι μὲν τοῦ εἶναι μετὰ τοῦ σώματος, οὐκ ἀρέασθαι 20 γε μὴν κατὰ γένεσιν, ἀλλὰ κατὰ δημιουργίαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐκ τοῦ μηδενός. οὗ τὴν διωλύγιον φλυαρίαν εἰς τρεῖς τούτους συνηγάγομεν λόγους· ἔνα μέν, δτι εἰρηται ὑπ’ Ἐριστοτέλους ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Ψυχῆς τὸν νοῦν ἐγγίνεσθαι οὖσαν τινὰ οὖσαν καὶ μὴ φθείρεσθαι. »εἰ γάρ ἐν τῷ σώματι γεννᾶται, φησί, φανερὸν δτι καὶ μετὰ τοῦ σώματος ἀρχεται. καὶ εἰ μὴ φθεί- 25 ρεται φθαρέντος τοῦ σώματος, ἀΐδιός ἐστιν ἐπὶ τὸ πέρας. μὴ ἀρέασθαι δὲ κατὰ γένεσιν ἀλλὰ κατὰ δημιουργίαν, δείκνυται, φησίν, ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Ζώων Γενέσεως. ἐπεὶ γάρ δὲ νοῦς αὐτὸς ἀνευ δργάνου σωματικοῦ ἐνεργεῖ, θύραθεν αὐτὸν εἶναι ἀνάγκη.« δεύτερον δέ, δστις ἐκ τοῦ αὐτοῦ βιβλίου λαμβάνεται. »τὴν γάρ θρεπτικὴν καὶ αἰσθητικὴν καὶ διανοητικὴν 30 ψυχὴν πρότερον εἶναι φησι δυνάμει τὴν ἐνεργείᾳ. δστερ οὖν ἡ θρεπτικὴ καὶ αἰσθητικὴ, οὗτω καὶ ἡ διανοητικὴ τοῦ εἶναι μετὰ τοῦ σώματος ἀρχεται. ἀλλ’ ἐπεὶ μὴ δι’ ἀρχῶν σωματικῶν λέγεται γίνεσθαι ἐν τῷ σώματι, οὐδὲ V 156 ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς οὐλῆς προάγεσθαι δῆλον ἐστιν.« τρίτον· »εἰ δὲ θεὸς πάντα, φησίν, ἐκ τοῦ μηδενὸς δεδημιούργηκεν, ως ἀπεδείξαμεν, καὶ τὴν ψυχὴν 35 ἀνάγκη δεδημιούργησθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐπεὶ δὲλλῳ τινι τρόπῳ προΐέναι οὐ δυνατόν, καὶ δὲ θεὸς δὲ ῥῆστα πάντα ποιεῖν δύναται.« ταῦτα λέγων δὲ ἐναντίος ἀληθεύει μὲν τὴν ψυχὴν φάσκων ἀρχεσθαι ἀμα τῷ σώματι καὶ μὴ συμφθείρεσθαι φθειρομένῳ αὐτῷ, καὶ τὸ λεγόμενον εῦ μὲν ἄδει δὲ ἀλεκτρυ- ών, πρὸς τὸ προκείμενον δὲ οὐθέν. τῆς γάρ πίστεως καὶ τῆς εύσεβείας 40 ἡμῶν ἕδια ταῦτα ἔστι δόγματα τὰς ψυχὰς ἀμα τοῖς σώμασι δημιουργεῖσθαι

quam materia et reliquae sordes, quas ipse eodem transfert. Cognatio enim longe maior rebus mathematicis cum divinis quam cum naturalibus est, quando abstractionis ratio communis mathematicis et divinis est, quam praecipue divinis attribuimus. Quodsi animae virtutes et actiones Plato 5 similitudine sive exemplo quodam circulorum et linearum docere voluit, quod portentum quodve inconveniens hoc sit, non video. Iam et Aristoleles ipse exemplo usus est linearum in tertio libro de Anima, cum intellegendi rationem exponat partim per modum lineae rectae, partim per modum lineae flexae existere. Et divus Thomas Aristotelem dicit non sensum 10 Platonis, sed verba carpere, et divus Dionysius Areopagita motum duplicem contemplationis animi statuit, alterum circularem, alterum rectum. Sed de his satis libro superiore respondimus.

Cap. XXVII. Confutatio argumentorum adversarii, quibus tamquam ex principiis Aristotelis probare nititur animum esse immortalem ex parte post 15 et eum cum corpore incipere esse per creationem a deo ex nihilo.

Decimum sextum capitulum adversarii est, in quo duo haec esse ex 27, 1 Aristotelis sententia dicit: Unum, animam esse immortalem atque aeternam parte post, quod superioribus suis capitibus demonstrare conatus est, alterum, animam cum corpore esse incipere et tamen non incipere esse 20 per generationem, sed per creationem a deo ex nihilo. Cuius prolixam probatoriam delirationem collegimus ad tria illa argumenta: Unum, quod dicitur ab Aristotele primo de Anima intellectum innasci substantiam quandam existentem et non corrupti. »Nam si in corpore nascitur, inquit, incipere cum corpore certum est, et si non corruptitur corpore corrupto, aeternus 25 est parte post. Verum non incipere per generationem, sed per creationem ostenditur secundo de Generatione Animalium. Cum enim intellectus ipse sine organo corporeo operetur, de foris sit necesse est.« Alterum ex eodem libro habetur. »Inquit animam vegetativam, sensitivam et intellectivam esse in potentia prius quam in actu. Ergo ut vegetativa et sensitiva, sic intellectiva quoque incipit esse cum corpore. Sed quoniam fieri in corpore, non per principia corporis dicitur, non educi de potentia materiae declaratur.« Tertium: »Si deus, inquit, omnia creavit ex nihilo, ut demonstravimus animam quoque esse creatam a deo necesse est, cum alio modo produci non possit, et deus de facili possit omnia creare.« Vere adversarius narrat 35 animam cum corpore esse incipere nec peremptio corpore interire, et bene cantat gallus, sed nihil ad propositum. Fidei enim et religionis nostrae

6 ἀποδιδόμεν V

9 cf. Arist. De Anima γ 10. 433 a, 26. γ 11. 434 a, 13. | 11 cf. Thom. Aq. In Arist. De Anim. III. lectio 11. | 17 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 16. | 28 cf. Arist. De Anima α 4. 408 b. | 26 cf. Arist. Περὶ Ζῷων Γενέσεως β 3. 736.

ύπὸ θεοῦ καὶ ἀρχεσθαι μὲν μετὰ τῶν σωμάτων αὐτῶν, οὐ μέντοι ἐκ τῆς τοῦ γεννητικοῦ σπέρματος δυνάμεως, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ παράγεσθαι τοῦ θεοῦ. ἡ δὲ Αριστοτέλους δόξα πόρφω τούτων τῶν ἡμετέρων δογμάτων ἀποκεχωρηκεν. οὔτε γάρ αἱ ἀρχαὶ τῆς τούτου τοῦ φιλοσόφου διδασκαλίας δημιουργίαν ἐκ νέου παραδέχονται, καὶ εἰ πιστευτέον τοῖς ὑπομνηματισταῖς αὐτοῦ, 5 ἡτοι θεός ἐστιν, διν πᾶσιν ἀποδίδωσιν ἐνεργείᾳ νοῦν, ἡ εἰς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ἄπασι νοῦς ἄλλως ἄλλοις κατὰ τὴν τῶν φαντασμάτων διαφορὰν ἔξιδιούμενος. τὸν γάρ δυνάμει νοῦν, εἰ καὶ ὁ ἔτερος τούτων, τὸν "Αραβα λέγω, συγάπτει τῷ ἐνεργείᾳ καὶ δύσιως διφθαρτον τίθεται, δύμως ὁ ἔτερος, λέγω δὲ τὸν Ἀλέξανδρον, φθαρτὸν εἶναι διατείνεται καὶ οὐκ ἄλλως αὐτὸν προ- 10 ἀγεσθαί φησιν, ἡ ὡς ἡ θρεπτικὴ καὶ αἰσθητικὴ προάγεται, τῷ Ἀριστοτέλει ὡς οἴεται ἐπόμενος, τὸν δὲ θύραθεν εἰσιόντα ἐκεῖνον οὐ δυνάμει νοῦν εἶναι, ἀλλ' ἐνεργείᾳ μόνον, θεὸν δύντα ἀθάνατον καὶ φῶς ἐλλάμποντα πᾶσιν, ὥστ' ἐνεργεῖν ἔκαστον ἐφ' δύσον ὑποδέχεσθαι δύναται, ὡς καὶ ὑπὸ τοῦ φωτὸς τοῦ ἡλιακοῦ τὰ χρώματα εἰδοποιεῖσθαι τε καὶ ἐνεργείᾳ ὅρατὰ γίνεσθαι 15 ὅρῶμεν. τοῦτό τε σαφέστατα ἐκ τοῦ τρίτου τῶν περὶ Ψυχῆς φησι δηλοῦσθαι, διποι πάντων ἀποδοκιμασθέντων τῶν ἐπιπολαιότερον εἰρημένων μόνον τοῦτον τὸν ἐνεργείᾳ νοῦν ἀθάνατον καὶ ἀτίδιον εἶναι συμπεραίνει.

2 Τί οὖν ἡ τοῦ ἐναντίου φλυαρία δύναται τοιούτων ἔξηγητῶν τοῦ Ἀρι-
V156^τστοτέλους ἐναντιουμένων αὐτῷ; ἀλλὰ τοὺς μὲν ἔξηγητὰς τούτους Ἀλέξαν- 20 δρον καὶ Ἀβερόην ἐῶμεν. θεασώμεθα δὲ τί τε ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους ῥημάτων ληφθῆναι δύναται καὶ τί τοῦ ἐναντίου ἴσχύει ἐπιχειρήματα, ἵνα μὴ φαίη ἐπομένους ἡμᾶς ἀμαθέσιν ἀνθρώποις καταφρονεῖν αὐτοῦ. φησὶ τὸν Ἀριστοτέλη βούλεσθαι τὴν ψυχὴν ἀτίδιον οὔσαν ἐπὶ τὸ πέρας ἀρξασθαι τοῦ εἶναι κατὰ δημιουργίαν ἀμα τῷ σώματι. καίτοι τὸ ἐπέκεινα ἀτίδιον 25 διν εἰτ' οὖν ἐπὶ τὸ πέρας καὶ ἐπὶ τάδε ἀτίδιον εἶναι, καὶ τὸ ἐπὶ τάδε ἀτίδιον καὶ ἐπέκεινα ἀτίδιον εἶναι δόξαν ἴσμεν Ἀριστοτέλους εἶναι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Οὐρανοῦ. καὶ τοῦτο δὲ τῆς ἐκείνου δόξης ἐστὶ τὸ πρῶτον ποιοῦν οὐδὲν ποιεῖν ἀμέσως περὶ τὰ τῇδε καὶ ὑποκάτω, ἀνευ δηλονότι τῶν δευτέρων αἰτίων διὰ τὴν οὐσιώδη τῶν δυντων τάξιν. διθεν ἔπειται τὸ καὶ τὴν 30 ψυχὴν, εἴτε γεννᾶται εἴτε καὶ δημιουργεῖται, οὐκ ἀμέσως ὑπὸ τοῦ θεοῦ προλέναι, ὡς ὁ ἐναντίος ἡγεῖται. δείκνυται δὲ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ φιλοσόφου καὶ κατὰ Πλάτωνος ἐν τῷ ἐβδόμῳ τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ οὐδὲν ποιοῦν χωριστὸν δύνασθαι ἀμέσως μεταβάλλειν τὴν πρώτην ὕλην, εἰ καὶ διὰ μέσης κινήσεως δύναται τοῦτο ποιεῖν. διθεν ἀδύνατόν ἐστι τὸν θεὸν ἀμέσως δη- 35 μιουργήσαντα τὴν ψυχὴν ἐμπνεῦσαι τῷ σώματι κατά γε τὸν φιλόσοφον τοῦτον. εἰ δὲ ὁ ἐναντίος φαίη τὴν ὕλην εὑρεγδὸν γενομένην καὶ εῦ διατεθεῖσαν δύνασθαι τι θύραθεν εἰσιδν δέξασθαι, δι πρότερον οὐκ ἀν ἐδέξατο, καντεῦθεν τοῦ σώματος κατὰ τὰ οἰκεῖα δργανα εῦ προπαρασκευασθέντος τε καὶ διατεθέντος θεόθεν τὴν ψυχὴν ἐμφυσᾶσθαι, συμβήσεται μηδὲν ἐκεῖ προύρ- 40 γου κατὰ Πλάτωνος Ἀριστοτέλη συμπεραίνειν ἐκ τούτου τοῦ λόγου. φαίη γάρ ἀν καὶ δι Πλάτων τὴν ἰδέαν, εἰ καὶ εἰδός ἐστι χωριστόν, δύνασθαι γε μὴν μεταβάλλειν τὴν ὕλην διὰ τὴν διάφορον τοῦ ὑποκειμένου διάθεσιν.

haec sunt peculiaria bona, ut animae infundantur corporibus a deo creatore et incipient quidem cum ipsis corporibus, sed non ex virtute seminis genitalis, verum a deo ipso infundente. Aristotelis vero opinio longe ab his nostris discedit. Nec enim principia doctrinae eius philosophi patiuntur creationem de novo, et si credendum commentatoribus eius est, aut deus est, quem pro intellectu agente cunctis distribuens commendat, aut unus idemque intellectus omnibus pro phantasmatum differentia aliis aliter appropriatus. Nam intellectum quidem possibilem, tametsi alter commentator, Arabem dico, iungit cum agente et aequ⁸ incorruptibilem statuit, tamen alter 10 Graecus ille corruptibilem esse asseverat neque aliter hunc quam sentiendi vegetandique animam produci sententia Aristotelis. De foris autem illum supervenientem non esse intellectum possibilem, sed agentem solum, qui deus sit immortalis lucem impariens, idem omnibus ad agendum pro captu cuiusque recipientis, quomodo et colores a solis luce actuari formari- 15 que certum est. Idque constare luce clarius ait ex tertio de Anima, ubi exclusis omnibus, quae levius ante fuerint tacta, solum hunc intellectum agentem immortalem sempiternumque esse concluditur.

Quid igitur garrulitas adversarii efficit, cum auctoritas tanta commentatorum aduersetur? Sed missos facio commentatores ipsos, Averroem 20 dico et Alexandrum. Quid ex verbis Aristotelis accipi de anima potest et argumenta ipsa adversarii qua ratione fundentur, videamus, ne nos dicat auctoritatem hominum indoctorum secutos se contempsisse. Ait Aristotelem opinari animum esse aeternum parte post et tamen incipere esse cum corpore per creationem. At vero, quod aeternum parte ante est, idem 25 aeternum etiam esse parte post, et quod parte post, idem et parte ante esse aeternum auctor ipse Aristoteles est in primo libro de Caelo et Mundo. Statuitur etiam ab eodem auctore primum agens nihil agere immediate in his inferioribus rebus, hoc est sine causis secundis propter essentialiem ordinem. Quo fit, ut anima quoque, sive creatur sive generatur, non a deo 30 immediate proveniat, ut adversarius putat. Probatur item ab eodem philosopho septimo Metaphysicae contra Platonem nullum agens separatum posse immediate mutare materiam primam, quamquam mediante motu id facere potest. Itaque impossibile est deum immediate animam creare atque infundere corpori iudicio eius quidem auctoris. Si adversarius dicat fieri posse, ut 35 materia causa suae dispositionis aliquid extrinsecus influens sibi recipiat, quod non ante reciperet, atque ita corpore suis instrumentis bene instituto praeparatoque animam divinitus influere, respondeo nihil ita consequi posse, quod in Platonem ibi ab Aristotele concludatur. Dixerit enim Plato ideam, licet forma sit separata, posse tamen immutare materiam propter

⁸ alter correc*i* aliter edit.

28 cf. Arist. De Caelo α 12. 281 a—283 b.

προσκείσθω δὲ καὶ, ὡς εἰ διὰ τοιάνδε διάθεσιν προηγησαμένην ἀμέσως ἡ
V 157 ψυχὴ ἔπεισι, συμβαίνει μὴ ἐμφυσᾶσθαι αὐτὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ. τῇ γὰρ ἐκάστου
διαθέσει τὸ οἰκεῖον ἔπειται εἶδος καὶ ἡ ἐνέργεια. ταύτῳ τε εἶναι τὸ δια-
τιθὲν καὶ τὸ εἶδος παρέχον ὁ τῆς φύσεως ἀπαίτεῖ λόγος. διὰ τί δὲ
καὶ μᾶλλον τὸν θεὸν ἂν τις φαίη δημιουργὸν ἢ τινα τῶν δευτέρων αἰτίων, 10
ὅπότε ὑποτεθείσης διαθέσεως τῆς ὕλης τὸ φύσει ποιοῦν, δηλαδὴ τὸ πρώτον
τῶν κινουμένων ἴκανόν ἐστι καὶ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς πρόδον; ἀνάγκη τε
οὐδεμίᾳ ἐστί, καθ' ἥν ἂν ὁ θεὸς δημιουργεῖν τὴν ψυχὴν λέγοιτο, ἔπειτα καὶ
οἱ ἔνα πάσιν ἀνθρώποις ἀποδιδόντες νοῦν, ὡς τῷ Ἀριστοτέλει οὗτοι δοκοῦν,
οὕπω καὶ νῦν φυσικοῖς λόγοις ἡλέγχθησαν.

3 Εἰ οὖν ἡ Ἀριστοτέλους δόξα οὐ τοιαύτη ἐστίν, οἷαν ἐξηγεῖται ὁ
ἐναντίος, ἔπειται καὶ τὰς πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα αὐτοῦ ἀποκρίσεις προχείρους
τε καὶ ῥᾳδίους εἶναι. Θ γὰρ ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν περὶ Ψυχῆς Ἀρι-
στοτέλους προάγει κατὰ τὴν Λατίνην φωνὴν καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ ἐκ τοῦ
‘Ελληνικοῦ εἰς τὸ Λατινικὸν διαφθορὰν μᾶλλον ἢ ἐρμενείαν, δλλως ἔχει, 15
ὡς αὐτὸς ἀναγινώσκει τὴν λέξιν. οὐ γὰρ ἐγεννᾶσθαι τῷ σώματι τὸν νοῦν
Ἀριστοτέλης φησίν, ἀλλ’ ἐγγίνεσθαι. »ό δὲ νοῦς, φησίν, ἔστιν ἐγγίνεσθαι
οὐσία τις οὖσα, καὶ οὐ φθείρεσθαι. δπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Ζώων
Γενέσεως «θύραθεν εἰσιέναι φησί. ταῦτα δὲ Θεόφραστος καὶ Ἀλέξανδρος,
Θεμίστιος τε καὶ Ἀβερόης οὗτα νοοῦσιν, ὡς κοινοῦ τινος δυντος, ἐξ οὗ 20
ἔκαστος ἀνθρώπος ἀμα τῷ γεννηθῆναι νοῦν ἔαυτῷ προσλαμβάνει, καὶ αὖ
τὸ ἀποδοθέν τε καὶ οἰκειωθὲν αὐτῷ μέρος θνήσκων οὗτα καταλιμπάνει
εἰς τὸ κοινόν, ὃσπερ καὶ γενόμενος ἐμπεριειλήφει, οὐκ δλλως ἢ ὡς ἂν τις
γεννηθεὶς μετέχειν λέγοιτο τοῦ ἡλίου, ἀποθανὼν δὲ στερεῖσθαι καὶ ὁ ἔλαβε
φῶς ἥδη καταλιπεῖν. θύραθεν γὰρ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς τοῖς ἀνθρώποις 25
ἔπεισιν μήτε γινόμενον μήτε φθειρόμενον, ἀλλ’ ἀφθαρτον καὶ ἀγένητον.
κοινὸν δ’ ὅμως τοῦτο γε ἀγαθὸν ἐγγίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις ἀπασιν οὔδεις
ἀρνεῖται. οὐχὶ οὖν μερικὴν τινα ψυχὴν εἶναι τὴν θύραθεν ἔπεισιοῦσαν
V 157^ν ἔκεινοι βούλονται, ἀλλ’ ἐκ τοῦ κοινοῦ ἀπειλημμένην κατ’ ἐξιδίωσιν. καὶ
εἴ τις δὲ παραδέξαιτο τὴν τοῦ ἐναντίου λέξιν ἔκεινην τὴν ἐγγενᾶσθαι, ἐν 30
ἢ οἰεται μεγάλην ἴσχυν ἔγκεῖσθαι, οὐχ ἔπειται ἀπλῶς ἀρχεσθαι τοῦ εἶναι
τὸν νοῦν ἀμα τῷ σώματι, ἀλλ’ εἶναι ἐν τινι ἀτόμῳ, ἐν φι μὴ ἥν πρότερον,
ὡς τὴν ἀρχὴν ταύτην καὶ τὸ ἀρχεσθαι οὐ τῆς οὐσίας τοῦ νοῦ, ἀλλὰ τοῦ
ἀποτελέσματος αὐτοῦ εἶναι. φι τρόπῳ τοῦ λέγειν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας
κέχρηται· »ἐπὶ σὲ Ἱερουσαλήμ ἀνατελεῖ κύριος.« ἡ γὰρ ἀνατολὴ ἐνταῦθα 35
οὐκ εἰς τὴν θείαν οὐσίαν, ήτις ἐστίν αἰώνιος, ἀναφέρεται, ἀλλὰ πρὸς τὸ
ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τῇ Ἱερουσαλήμ γενησάμενον ἀποτέλεσμα. ὁ δ’ ἐκ
τοῦ δευτέρου τῶν περὶ Ζώων Γενέσεως ὁ ἐναντίος λαμβάνει, τί σημαίνει,
δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων ἔστιν. διακρίνεται γὰρ ἔκειν ὁ νοῦς τῆς θρεπτικῆς
καὶ αἰσθητικῆς ψυχῆς τῷ θύραθεν αὐτὸν εἰσιέναι, δηλονότι λαμβάνεσθαι 40
ὑφ’ ἐκάστου ἀνθρώπου δι’ ἐνώσεως ὡς ἐκ τινος κοινοῦ ἢ θεοῦ, ὡς Ἀλέξαν-
δρος βούλεται, ἢ νοῦ, ὡς Ἀβερόη δοκεῖ. ἐκ νέου γὰρ δημιουργεῖσθαι
ψυχὴν ὑπὸ θεοῦ θύραθεν εἰσιοῦσαν οὐδαμοῦ τῶν ἔαυτοῦ λόγων ἔφη Ἀρι-

τον. Ε.Υ.Δ.εκτ.Κ.τ.Π
ΙΩΑΝΝΙΝΑ 2006

diversam subiecti dispositionem. Addo, quod, si causa dispositionis, quae praecesserit, immediate anima accedit, non infundi a deo dicenda est, sed provenire ab eo, qui ita materiam disposuerit. Sequitur enim suam quamque dispositionem forma et actio. Idemque esse, quod disponat et formam 5 praestet naturae, ratio exigit. Quid vero deus potius creator sit adhibendus quam secunda aliqua causa, quando subiecta sufficienti dispositione materiae agens generale, hoc est primum mobile, satis sit ad animae quoque productionem? Necessitas vero nulla est, qua deus animam creet, cum et, qui unicum intellectum omnibus ex opinione Aristotelis statuunt, nondum 10 convinci physicis rationibus potuerint.

Cum itaque opinio Aristotelis non ea fuerit, quam adversarius refert, a sequitur, ut responsio quoque recta ad eius argumenta perquam facilis sit. Quod enim primum adducit ex primo libro de Anima sua interpretatione, non id convertit, sed pervertit, ut solet. Non enim intellectum innasci 15 in corpore ab Aristotele scribitur, sed contingere aut supervenire. Verba haec Aristotelis sunt: »ὁ δὲ νοῦς ἔστιν ἐγγένεσθαι οὐσία τις οὖσα, καὶ οὐ φθείρεσθαι.« Quod in secundo de Generatione Animalium »θύραθεν εἰσιέναι«, hoc est de foris ingredi aut adire dicit. Quae quidem Theophrastus, Alexander, Themistius, Averroes ita accipiunt, ut commune quid sit, ex 20 quo quisque hominum ortus illico sibi intellectum excipiat, et suam quisque appropriatam sive applicatam portionem ita extinctus relinquat in commune, ut ortus excepit, non aliter ac si sole quis nascens participare dicatur, moriens autem privari et lucem, quam exceperit, iam relinquere. De foris enim et solis lux homini sive contingit sive accedit aut super- 25 venit, neque oritur aut perit, sed incorruptibilis et ingenerabilis est. Commune tamen bonum quibuscumque hominibus id contingere quis neget? Non igitur particularem animam esse, quae de foris accedat, illi volunt, sed ex communi exceptam applicationem. Et si quis admittat verbum adversarii istud innasci, in quo vim summam esse arbitratur, non sequitur, 30 ut esse simpliciter cum corpore incipiat intellectus, sed esse in aliquo individuo, in quo ante non fuerit. Itaque principium et inceptio ista non substantiae intellectus, sed effectus est. Quo modo loquendi et Isaias propheta utitur, cum dicit: »Dominus supra te Hierusalem orietur.« Ortus enim hic non ad dei substantiam, quae aeterna est, refertur, sed ad effectum ab 35 ipso deo in Hierusalem producendum. Quod autem a secundo de Generatione adversarius sumit, quid significet, satis constat ex iis, quae modo diximus. Distinguitur enim intellectus a sensitiva et vegetativa anima eo, quod de foris adeat sive ingrediatur, hoc est excipiatur per unionem hominibus singulis ex communi aut numine, ut Alexandro placet, aut 40 mente, ut Ayerroi. Novitio enim creari a deo animum, qui de foris

17 Arist. De Anima α 4. 408 b, 18 sq. | 19 Arist. Περὶ Ζῷων Γενέσεως β 3.
736 b, 24. | 85 cf. Is. 60, 1; 61, 11.

στοτέλης. δι' ὁ καὶ οἱ κράτιστοι τῶν αὐτοῦ ἔξηγητῶν Ἀλέξανδρός τε καὶ Ἀβερόης ἐκεῖνα τὸν φιλόσοφον οἴονται δοξάζειν, ἀλλαστ' ἀν τῇ τε ἀλιθότητι τοῦ κόσμου καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ εἶδει συμβαίνοι καὶ ἅμα τοῖς τοῦ φιλόσοφου δόξαις συνάρδοι. ἐκ νέου μέντοι λαμβάνεσθαι τὸν νοῦν καὶ ἐνοῦσθαι οὐδεὶς ἀντιλέγει.

5

ε Πρὸς δὲ τὸ δεύτερον, εἰ καὶ ἡ διανοητικὴ ψυχὴ δυνάμει ἐστίν, ἀλλως γε μὴν ἢ ὡς ἡ αἰσθητική. τῆς γὰρ αἰσθητικῆς οὔσης δυνάμει πρὸς τὸ εἶναι ἀπλῶς — ὡς γὰρ παύεται τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ ἀπλῶς ἀρχεται εἶναι — ἡ διανοητικὴ οὐχ ἀπλῶς τὸ αὐτῆς εἶναι ἐν τοιῷδε σώματι λαμβάνει, ἀλλὰ προϋπάρχουσα δύναμιν ἔχει τοῦ τοιούτῳ σώματι ἐνοῦσθαι, ὥσπερ οὐδ' 10 ἀπλῶς φθείρεται φθειρομένου τοῦ σώματος, ἀλλὰ πῃ ἀτε μηκέτι ἔχουσα τὸ εἶναι ἐν τοιῷδε σώματι.

ε Πρὸς δὲ τὸ τελευταῖον, ὃ φησιν ἀποδεῖξαι, οὐκ ἀληθῶς λέγει. οὐ γὰρ V 158 μόνον οὐκ ἀποδεῖξαι, ἀλλ' οὐδ' ἐπιπολαίως γε δεῖξαι δεδύνηται τὸν θεὸν ἐκ μηδενὸς δημιουργῆσαι τὸν κόσμον κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν. εἰ 15 οὖν θεὸς οὗτ' ἐκ τοῦ μηδενὸς δλως ποιεῖ οὗτε ἀμέσως, τὸν τῆς ψυχῆς λόγον, εἰ κατ' Ἀριστοτέλην λέγειν ἐθέλοιμεν, οὐκ εἰς τὴν ἐκ τοῦ μὴ δυνός δημιουργίαν, ἢν ἐκ τῶν ἡμετέρων παρειλήφαμεν διδασκάλων, ἀνενεκτέον, ἀλλ' εἰς τὴν γνώμην τῶν βουλομένων ἐνα τε καὶ τὸν αὐτὸν κοινὸν πᾶσιν ἀνθρώπαις εἶναι νοῦν.

20

Κεφ. κη' "Οτι οὐκ ἐπιτιμητέος ὁ Πλάτων τιθέμενος τὰς ψυχὰς προϋπάρχειν τῶν σωμάτων καὶ τὰς μαθήσεις ἀναμνήσεις εἶναι λέγων. τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ Ἀριστοτέλη περὶ τούτων δοξάσαι.

28,1 Μέμφεται παρὰ ταῦτα ὁ ἐναντίος τὸν Πλάτωνα ως θέμενον τὴν ψυχὴν προϋπάρχειν καὶ τὴν μάθησιν ἀνάμνησιν λέγοντα. ἐγκρίνει γὰρ τὸ Ἀρι-25 στοτέλους τὸ τὴν ψυχὴν γραμματεῖον εἶναι ἀγραφον οὐδ' οἴεται τὴν νοερὰν ψυχὴν εἶδος σώματος οὖσαν δύνασθαι προϋπάρχειν ἀνευ ὄλης. ἀλλὰ διὰ τί κατὰ Πλάτωνος μᾶλλον ἢ κατ' Ἀριστοτέλους ταῦτα λέγοιτ' ἀν; εἰ γὰρ θύραθεν ὁ νοῦς ἐπεισιν, ως Ἀριστοτέλει δοκεῖ, προϋπάρχειν αὐτὸν ἀνάγκη πρὸ τοῦ ἐνοῦσθαι τῷ σώματι. εἰ δ' ἀρνοῦτο τοῦτο ὁ ἐναντίος, ὑποκείσθω 30 τὸ ἀντικείμενον μὴ προϋπάρχειν πρὸ τοῦ ἐνοῦσθαι, καὶ σκοπείτω τὸ ἐπόμενον. παραγένοιτο γὰρ ἀν θύραθεν τὸ μηδὲν ὄν, εἰ μὴ εἴη τε καθ' αὐτὸ καὶ προϋπάρχοι τὸ ἐπεισιόν. ὃ τε λόγος ὃ τῆς ἐν τῇ γενέσει ἀναμνήσεως ἐκεῖνος τοῦ Πλάτωνος οὐ πάνυ τοι καταφρονητέος ἐστίν, ως τῷ ἐναντίῳ δοκεῖ. τίς γὰρ ἀθάνατον καὶ ἀτέλιον τιθέμενος τὴν ψυχὴν καὶ πολλῷ πρό-35 τερον τῶν σωμάτων προϋπάρχουσαν δύναιτ' ἀν ἀρνηθῆναι ἀνάπλεων αὐτὴν ἐπιστήμης εἶναι καὶ πάντων τῶν νοητῶν τὰ εἰδη ἔχειν ἐν ἑαυτῇ, ἐπιλανθάνεσθαι τε αὐτῶν ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα ἐνώσει διὰ τὴν δαψιλεστέραν τῆς ὄλης ἐπιρροὴν καὶ αὕθις μαθήσει, ἀσκήσει τε καὶ μελέτῃ ἀναμιμνήσκεσθαι, καὶ μάλιστα ἐν ἐκείνῳ τῆς ἡλικίας, ἐν ᾧ παύεται ἡδη ἡ τῆς 40 ὄλης ἐπιρροὴ ἢ μᾶλλον ἀπορρεῖ; ἢ τοίνυν ἐλεγκτέον τὴν θέσιν, ἢ ταῦτα V 158^ν συμβαίνει, ἢ μενούσης ἐκείνης ἀναγκαῖως ἐπεται ταῦτα.

accedat, nusquam scriptum ab Aristotele est. Unde, quod mundi aeternitati et speciei humanae conveniret itemque aptum omnino doctrinae Aristotelis esset, id commentatores primarii Alexander et Averroes ei philosopho tribuere voluerunt. Novitio tamen excipi et uniri, quod semper fuerit, 5 nemo neget.

Ad secundum, etsi anima intellectiva est in potentia, tamen alio modo quam sensitiva est. Cum enim sensitiva sit in potentia ad esse simpliciter — nam ut esse desinit parte post, sic incipit parte ante simpliciter —, intellectiva certe ipsa non simpliciter esse in tali corpore recipit, sed 10 praeeexistens est in potentia, ut tali corpori uniatur, quomodo ne corrupti quidem simpliciter potest corrupto corpore, sed secundum quid, cum non praeterea esse in tali corpore habeat.

Ad ultimum, quod se demonstrasse dicit, non verum dicit. Non 5 enim solum non demonstrare, sed ne probare quidem leviter potuit ex 15 Aristotelis opinione deum cuncta ex nihilo creare. Quodsi deus neque ex nihilo quicquam facit neque immediate, animae certe rationem, si Aristotelis iudicio loquimur, non ad creationem ex nihilo, quam a nostris accepimus sanctis, referre debemus, sed ad eorum sententiam, qui unum eundemque omnibus tribuunt intellectum.

20 Cap. XXVIII. Quod non solum Plato ponit animam praeesistere corporibus,
sed Aristoteles etiam idem sentire videtur.

Item reprehendit Platonem adversarius, quod animam praeesistere 28, 1 corporibus et scire hominis recordari et reminisci dixerit. Probat enim, quod ab Aristotele dicitur, intellectum esse perinde ut tabula, in qua nihil 25 sit scriptum, neque censem animam intellectivam, quae forma corporis est, praeesistere posse sine materia. Sed quid haec in Platonem iustius quam in Aristotelem dici possunt? Nam si de foris animus adeat, ut et Aristoteles ipse fatetur, praeesistat necesse est, antequam corpori uniatur.

Vel si hoc adversarius negat, detur oppositum non praeesistere, antequam 30 uniatur, et quid consequitur, animadvertis, si potest. Venerit de foris enim, quod nihil sit, nisi id per se sit et praeesistat, quod veniat. Ratio quoque reminiscendi aut recordandi illa Platonis per generationem non contemnenda est, ut adversarius putat. Quis enim immortalem atque aeternam statuens animam et longe ante corpora praeexistentem negare possit eam 35 scientiae plenam esse et rerum omnium intelligibilium species in sese habere, oblivious autem earum, cum corpori unitur ob nimium materiae fluxum, rursumque doctrina et studio atque exercitatione reminisci nec nisi proiecta iam aetate fluxu materiae vel cessante iam vel potius refluente? Aut igitur explodenda est illa positio, aut ea salva praedicta 40 sequantur oportet.

2 Ον τρόπον καὶ Ἀβερόης τὸν δυνάμει νοῦν, δν ἔνα πᾶσι καὶ ἀθάνατον εἶναι βούλεται, ἀποφαίνεται πάντων τῶν εἰδῶν ἀεὶ πλήρη εἶναι ἀεὶ τε παντέχτην εἶναι, ἀλλ' ἐφ' ὅσον τῷ σώματι ἥνωται, κατὰ διάφορα φαντάσματα διαφόρως νοεῖν, καὶ ποτὲ μὲν νοεῖν, ποτὲ δὲ μὴ νοεῖν. καὶ μὴν οὐδὲ Ἀριστοτέλης αὐτὸς πόρρω τῆς περὶ τὴν ἀνάμνησιν δόξης εἶναι δοκεῖ, ὅπότε δὲ δὴ καὶ τὰ ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν Φυσικῶν αὐτῷ εἰρημένα πρὸς ταῦτην ἃν τις ἐκλαβεῖν τὴν ἔννοιαν δύνατο, ὡς δηλούντι παυσαμένων τῶν παθῶν ἐν ἡμῖν καὶ τῶν οὐκ δρθῶν διαθέσεων καὶ τῶν χωλυμάτων ἀφαιρεθέντων ἀρχεσθαι τὴν ψυχὴν καὶ φρονεῖν καὶ ἐπιστασθαι. »ἢ γάρ ἐξ ἀρχῆς, φησί, λῆψις τῆς ἐπιστήμης γένεσις μὲν οὐχ ἔστι. τὸ γάρ ἡρεμῆσαι καὶ στῆναι τὴν διάνοιαν 10 ἐπιστασθαι καὶ φρονεῖν λέγομεν, εἰς δὲ τὸ ἡρεμεῖν οὐχ ἔστι γένεσις. δλως δὲ οὐδεμίᾳ μεταβολῇ, καθάπερ εἴρηται πρότερον.« τί δ' ἀπερισκεπτότερον ἔστιν εἰπεῖν, οὕτος ἐναντίος φησί τὴν διανοητικὴν ψυχὴν δνευ σώματος εἶναι μὴ δύνασθαι, ἢν χωριστὴν εἶναι φησί καὶ ἀτίδιον ἐπὶ τὸ πέρας; εἰ γάρ μετὰ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμὸν διαμένειν ἀΐδιως δύναται δνευ ὕλης, τῷ 15 αὐτῷ λόγῳ καὶ πρότερον δύναται' δν δνευ ὕλης προϋπάρχειν. εἴτε οὖν τῷ αὐτῷ τρόπῳ προϋπάρχειν τὴν ψυχὴν ὁ Ἀριστοτέλης βούλεται, φ καὶ Πλάτων ὁ καθηγεμών αὐτοῦ τίθεται τὰς ψυχὰς ἐξ ἀΐδιου δημιουργηθείσας προηγήσασθαι πᾶσαν ἀνθρώπων γένεσιν εἴτε ἔνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι δοξάζει νοῦν, παντὶ κοινὸν ὑπάρχοντα τῷ τῶν ἀνθρώπων εἶδει καὶ ἐκάστου τῶν 10 τοῦ αὐτοῦ εἴδους προηγούμενόν τε καὶ προϋπάρχοντα, οὐκ ὅλλως δν τις ἐκεῖθεν συλλογίζοιτο, δτι ἡ ψυχὴ δνευ ὕλης εἶναι οὐ δύναται. οὔτε γάρ, V 159 εὶς εῖς καὶ ὁ αὐτὸς ἔστι πᾶσι νοῦς, ἀνάγκη αὐτὸν μὴ προϋπάρχειν δνευ ὕλης οὔτ', εὶς κατὰ δημιουργίαν προηγεῖται, μάχοιτ' δν τῷ λόγῳ ἡ τῆς ὕλης στέρησις, εἴπερ ὡς μετὰ τὸν ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμόν, οὔτω καὶ πρότερον 20 δνευ ὕλης ἀπλῶς εἶναι δύναται. ἡ δὲ τοῦ ἀγράφου ἐκείνου γραμματείου δμοιότης οὐ πρὸς τὸ ἀπλῶς εἶναι τοῦ νοῦ ἀνενεκτέα, ἀλλὰ πρὸς τὰς σωματικὰς ἐνεργείας, πρὸς δὲ ὁ νοῦς οὔτως ἔχει ὡς γραμματεῖον, ἐν φ οὐδὲν ἔστι γεγραμμένον. οὐδὲν γάρ δλως τῆς φανταστικῆς γνώσεως κέκτηται, ἀλλὰ δυνάμει ἔστι πρὸς τὸ διὰ τῶν φαντασμάτων γινώσκειν, ἡ μᾶλλον, δπερ καὶ 25 ἀκροαματικώτερον καὶ οἰκειότερον τῇ Περιπατητικῇ διδασκαλίᾳ ἔστι, πρὸς τὴν τῆς πρώτης ἐπιστήμης διὰ τῆς τοῦ νοῦ καταστάσεως ἐπίτευξιν ὁ τοῦ γραμματείου ἐκεῖνος λόγος ἀναφέρεσθαι δύναται, ἢν καὶ αὐτὴν τῷ τῆς ἀναμνήσεως δνόματι Πλάτων ἐκάλεσεν. δσον γάρ κατά γε τὸ εἶδος αὐτὸ πλήρης ἔστιν ἀεὶ ἐπιστήμης ὁ νοῦς. οὐδὲν δλως Ἀριστοτέλης ἡ Πλάτων περὶ τού- 30 του φρονεῖ, δ δὴ καὶ Ἀβερόης δικοιογεῖ ὑπομνήματι πέμπτῳ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ Ψυχῆς.

Κεφ. κθ' "Οτι ψεύδεται ὁ ἐναντίος οἱόμενος τὴν πρόνοιαν κατ' Ἀριστοτέλην μὴ μέχρι τῆς σελήνης μόνον κατιέναι, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ὑποκάτω καὶ ὅποιωνοῦν ἐλαχίστων ἐπιγείων.

29,1 Νῦν δὲ θεωρήσωμεν, τί μετὰ ταῦτα ὁ ἐναντίος φησίν. ἐν οὖν τῷ ἐπτακαιδεκάτῳ καὶ δκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ περὶ ειμαρμένης τε καὶ